

ensem, circa Mare Adriaticum perpetratae, nunc quoque vigerent; occasione quarum, declaratum in Art. 36., 37. et 39. Anni 1635. processum servandum esse decernunt Status et Ordines.

§. 1. Verum cum praemissorum Articulorum animadversionem, signanter autem Articuli citati 39. Anni 1635. ac in eodem citatorum, Anni 1618. Art. 33. et Anni 1622. Art. 49. Memoratus Capitaneus Cisiensis experire debuisset; superinde iterato factam declarationem, Majestas sua Sacratissima jam tandem exequi dignetur, Status et Ordines supplicant.

*Super Palatinali et Banali autoritate Articuli Regni observandi et effectuandi.*

### A r t i c u l u s 32.

Quemadmodum Sacra sua Majestas, ratione observationis effectuationisque Conditionis septimae; item Articulorum Pacificationis Viennensis, ad 3. et 11. ac ante Coronationem Anni 1608. Art. 11. Anni 1613. Art. 7. Ferdinandi Regis Anni 1555. Art. 1. circa finem, pro Palatinali; et Banali authoritatibus praecitati Art. 11. An. 1608. ante Coronationem, An. 1609. Art. 27. ac Anni 1635. Art. 32. aliorumque in eodem contentorum, sese perbenigne resolvere dignata est; ita etiam Status et Ordines, tam Conditionem, quam Articulos effectuandos observandosque decernunt. \*)

*Liberates et privilegia Liberarum Civitatum; articulique superinde editi observandi. Per inconsuetas vectigalium et pensionum exactiones a Tricesimotoribus non angariandae. In libertate educilli non impediendae: Necque Bona in medio Civitatum existentia ad Fiscum Regium devolvi.*

### A r t i c u l u s 35.

Super libertatibus, privilegiis, immunitatibus, jurisdictionibus et consuetudinibus Liberarum Regiarum ac Montanarum Civitatum, tam in hoc Ungariae, quam Sclavoniae Regnis existentium, juxta Conditionem Nonam realiter observandis; renovantur Art. Annorum 1618. Art. 27. An. 1625. Art. 43. An. 1630. Art. 21. et 28. et Anni 1635. Art. 53.

*Commissio instituenda et Commissarii nominantur ratione finium et terminorum ad Mare Adriaticum, locorumque adjacentium. Nec non Civitas Segniensis per Regales ad Diaetam vocanda.*

### A r t i c u l u s 42.

Ne fines terminique Sac. Reg. Ungariae Coronae circa Mare Adriaticum aveliantur, vel alienentur, sed potius juxta Articulos Anni 1608. ante Coronationem

\*) Allegatur; An. 1647. a. 51. Renovatur; An. 1681. a. 62. Huc faciunt novissime; An. 1741. a. 9. et 47.